



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 19. Philippus ex Hispania in Angliam delatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

rem ablegabat, dato negotio, ut Carolo Sæcul. XVI.
 faustum matrimonii inter filium suum, A. C. 1554.
 & Reginam successum gratularetur, at-
 que illum de Poli integritate, ac fide
 certiozem redderet, nec non eundem
 ad pacem hortaretur. Pariter idem
 Pontifex jam antea Zachariam Delphi-
 num ad Ferdinandum decreverat, ut
 illum quoque ad pacis consilia inclina-
 ret, atque periculum, quod Religioni
 ex edicto Passaviensi imminet, expo- *Pallav. hist.*
 neret, notumque faceret, quod Papa *Conc. Trid.*
 summopere studeat, ut saltem hæc *l. 13 c. 8.*
 Germaniæ pars hucusque semper fidei *num. 8.*
 Catholicæ addictissima ulterius in avita
 hac Religione conservaretur: reliquæ
 autem Germaniæ ditiones, quas Pro-
 testantium secta infecit, rursus ad Ec-
 clesiæ sinum revocarentur: „hanc ob-
 „rem, agebat Pontifex, erectum est
 „Collegium Romanum, in quo junio-
 „res Clerici ex Germania oriundi edu-
 „carentur, ut in patriam reduces hæc
 „resin debellando pares essent.

§. XIX.

*Philippus ex Hispania in Angliam
 delatus.*

Interea Philippus, cum omnia in An- *Thu. hist.*
 glia rursus composita, ac viginti An- *l. 13.*
 glorum naves præter totidem alias ex *Burnet t. 2.*
 Hispania advectas jamjam ad vela pa- *l. 2. p. 429.*
 ratas *Sleid.*
Comm. l. 25.
p. 937.

Sæcul. XVI. AC 1554 ratas intelligeret, suasque nuptias tandem celebrari vehementer exoptaret, die septima Julii afflante Austro ex Gallia portu solvit, & triduo post, seu vigesima ejusdem Mensis die ad Trifantonum portum venit. Mox ibi excensione facta evaginatum gladium aliquamdiu tenebat, sive id juxta suæ gentis morem fecerit, sive inde testatum reddere voluerit, quod Nationem Anglicam defendere paratus esset. Non deerant tamen malevolorum nonnulli, qui hanc actionem sinistram in partem accipientes spargerent, Philippum per hoc Anglis significare voluisse, quod illos armorum vi coercere intendat. Ceterum Antoniaæ Prætor adventanti urbis claves obtulit, quas ipse accipiens mox eidem reddidit, quin vel verbo, vel signo rem sibi gratam fieri testaretur, quæ sane gravitas Hispanis innata non parum displicebat Anglis, qui magis gratiosos obtutus a suis Principibus experiri assueti sunt. (*)

§. XX.

(*) Continuator hanc in rem Thuanum, & Sleidanum allegat, quorum tamen neuter de hisce nugis unice in contemptum Nationis Hispanæ, & Domus Austriacæ excogitatis mentionem facit: verum quælibet Natio suos nævos habet, ob quos carpi solet, quid vero exinde